

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

LOG Id: LOG_0005

LOG Titel: Caput Primum. Carophyllum, Tsjencke. - I. Hoofdstuk. Nagelboom, Tsjencke

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

HERBARIUM AMBOINENSIS LIBER SECUNDUS,

Continens arbores aromaticas, quae aut fructum aromaticum, corticemve, aut odoratum aliquod praebent lignum.

CAPUT PRIMUM. CARYOPHYLLUM, TSJENCKE.

Caryophyllum est arbor pulcherrima, elegantissima, ac pretiosissima omnium mihi notarum arborum; forma autem optime refert Laurum, coma nempe acuminata, altitudinemque attingit vulgaris Cerasi, aliae autem Fagi habent formam. Ejus truncus est erectus, ac simplex, ad quatuor aut quinque pedum altitudinem, saepe dividitur in binos tresve erectos ac minores truncos, sunt etiam, quae unicum tantum gerunt rotundum, sed haec ab incolis non multum expetuntur, primamque memoratam praefert, quum illae, quae unico & erecto sint stipite, difficilem dent adscensum. Inferior trunci pars non penitus rotunda est; sed parum angulosa, ac si ex variis concreta foret stipitibus.

Cortex ejus est glaber, tenuis, lignoque firmiter junctus, uti in Fago, & undique ad latera plurimos emittit ramos tenues, ex quibus plurimae longae, ac tenues foliorum raches propullulant, uti in Betula, quae arborescunt undique cingunt, & ab inferiore parte latissima plaga sese extendunt, sensim autem angustantur, & in acumen desinunt, ita ut tota coma regularem pyramidem, seu conum formet, & constituat, quae specie è longinquo ab aliis facile distinguitur, & dignoscitur arboribus.

Lignum ejus est durum, ita ut tenuis, vel modice crassus ramus facile virum sustineat: Folia bina semper sunt opposita, cumque subsequente pari cruce efformant, forma Laurinis foliis simillima, sed angustiora, tenuiora, & longiora, quae longis insident petiolis, utrimque acuminata, superius obscure viridia, inferius flava, plurimis arctissime junctis ac parallelis venis distincta, & contexta, quae omnes ad oras in unum terminantur, ac desinunt sinum: Foliorum autem orae sunt glabrae, & integrae, nequaquam incisae, quae rigiditate sua multos formant sinus & arcus. Folia vero haec superiore sua parte sunt adeo glabra, ac splendens, ac si gummi forent obducta, quum autem folia sint vetusta, multo rigidiora sunt, & ficiora, ita ut conteri possint, tumque maculis obscuris, vel sanguineis sunt notata, saporis acris & aromatici; quum vero primum progerminant, sunt rubentia & laeviter fusca.

In initio pluviosorum mensium, mense nempe Maji, folia haec tenera magna propullulant copia, atque mox hisce subsequuntur prima fructuum germina seu rudimenta, quae viridia sunt acumina, ad ramulorum extremum dependentia, quaeque subito mutantur in viridia, oblongaque capitula lato apice constantia, ex quo prima Caryophyllorum forma dignoscitur: Quarto dein subsequente mense completam Caryophyllorum dant speciem, superius nempe late extensam, & in quatuor distinctam angulos, Lini capitula referentem, formamque Clavi constituentem.

Fructus hic Caryophylli sensim late viridem amittit, pallideque flavum induit colorem, qui demum in sanguineum transit, in iis nempe, qui speciei sunt rubentis: qui enim fructus feminei dicuntur, majoresque sunt maribus, tantum superius ad quatuor illos angulos rubent, tumque supremum aperitur capitulum, vel ad latus vergit, quum plurima apparent parva, albicantia stamina arcte sibi juncta cum antheris fuscis, quae florem hujus arboris efformant, ac progerminant, postquam fructus adulti, sed nondum maturi perfecti fuerint,

Tom. II.

con-

HET AMBOINSCHES KRUYD-BOEK. HET TWEEDE BOEK.

Behelzende de Speceryagtige Boomen: dat zyn die gene, die eenige Speceryagtige Vruchten, Schorssen, ofte welriekent hout dragen.

I. HOOFDSTUK. NAGELBOOM, TSJENCKE.

DE Nagelboom is eene van de schoonste, cierlykste, als mede kostelykste onder alle my bekende Boomen; hy gelykt van gedaante zeer wel na den Lauwrierboom, te weten met zyn toegespitste kruin, en heeft de hoogte van een gemeene Kersboom, zomnige ook van een Beukeboom, den stam schiet regt op, en blyft enkeld tot de hoogte van 4 a 5 voeten, daer na verdeeld by hem in 2 a 3 regt opgaande mindere stammen, en daar zyn 'er ook, die maar een enkelden rontagtigen stam hebben, dog die de Inlanders niet zeer zoeken, of liever anders hebben; als zynde moeyelyk om te beklimmen: De onderste is niet regt ront, maar wat boegig, als of hy uit verscheide stammen t'zamen gegroeit was.

De schorffe is effen, niet dik, en leit vast of digt aan 't hout, gelyk die aen den Beukenboom, ter zyden schiet by over al veele dunne takken uit, en daer aan veele lange dunne ryskens, gelyk den Berkeboom, en deze ryskens omgeven of omvangen den boom, van onderen op allenskens na boven smal of spits toelopende, zoo dat de geheele kruin een geschikte piramide, of keegel formeert, en welke gedaante hem ook van verre onder andere boomen kenbaar maakt.

Hy heeft een hart hout, zoo dat ook een gemeene dunne tak sterk genoeg is om een man te dragen; de bladeren staan altyd twee tegen malkanderen, en maken met bet naastvolgende paar een kruis, van gedaante de Lauwrierbladeren naby komende, maar smalder, dunder, en langer, staande op lange steeltjes, agter spitser of smalder dan vooren, aan de bovenste zyde hoog groen, aan de onderste na 't geel trekkende, met veele digte parallelle en fyne adertjes doorreegen, dewelke alle by de kanten in een soompje t'zamen loopen; de kanten zyn effen, en geenszints gekerft, maar door haar styvigheid makenze veele bogtjes, aan de bovenste zyde zoo glat en glimmende, als ofse met gom bestreken waren, alse oud worden, zynze veel styver en drooger, zoo dat men ze bryzelen kan, en zyn als dan met eenige donkere of bloedroode droppen besprengt, van smaak scherp en speceryagtig, alse eerst uitkoomen, zynze rootagtig, of ligt bruin.

In 't begin van de reegen-moesson, te weten in de maand May, komen de jonge bladeren met menigte voort, en strax doen zig op de eerste scheepselen van de vrucht, 't welk zyn eenige groene spitzen, aan het uiterste van de ryskens uitkomende, en dewelke dan voorts veranderen in donker groene en lankwerpige knopjes, met een breed booftje, daar aan men alreets bet fatsoen der Nagelen kennen kan; in de vierde maand daar na hebbenze de gedaante van volkomen Nagelen, te weten boven met een breed booftje, in vier boeken verdeelt, hebbende boven op een groen en half ront knopje, de vlasdodden wel gelykende, en zoo de gedaante van een spykertje uitmakende.

De Nagel verliest allengskens haar lichtgroene verwe, en begint bleekgeel, en ten laetsten bloedrood te werden, te weten die van het roode geslagt zyn; want die men wyfkens noemt, en wat grooter vallen dan de mannekens, werden maar boven aan de 4 boeken wat root, en als dan opent hem het bovenste knopje, of wykt ter zyden, als wanneer hun vertoonen veele kleine witte draatjes, digt in malkander gedrongen, met bruine nopjes daar boven op, dewelke zyn het bloeizel van dezen boom, voortkomende op, en na de vol-

A

wassens

contra naturam aliarum arborum, quam primum enim hinc inde rubedo aliqua Caryophylli appareat; seu flos sese aperiat, tum fructus hi maturi & completi sunt in humanos usus, sed nequitiam naturæ; homines enim non nisi semi maturum requirunt fructum aromatico usui aptum, natura autem perfecto indiget fructu propagationi inserviente.

Si Caryophylli sint rubri, ac flores demiserint, in suprema parte planum ac quadratum apparet capitulum cum circulo quodam, atque in hoc parvum ac molle acumen, tumque omni ope ac festinatione fructus sunt colligendi, si enim per duas tresve septimanas diutius in arbore remanserint, tum fructus hic Caryophylleus amplum acquirit ventrem, ac quatuor isti in capitulo anguli sese contrahunt, viridemque iterum induit colorem, & in majorem excrescit, ac antea, molem, pollicis articulum crassus, ac demum obscurè fuscus est, intusque continet nucleum durum, seu ossiculum instar Lauri fructus, quod arcuata linea in bina dividitur segmenta, coloris obscure lutei seu flavi instar Ambræ, quod verum hujus arboris semen est, hincque Caryophylli matres dicuntur tales fructus, qui obducti sunt carne obscure fusca seu nigricante, cultrum crassi, atque aromaticam suam vim omnem fere amiserunt, & sapore proximè conveniunt cum filvestribus Jambosis, cum qua arbore, uti & cum alia *Caju-mera* dicta, hæc nostra Caryophyllorum arbor magnam itidem habet convenientiam, caro autem ista cruda quoque edulis est.

Caryophylli hi fractus brevibus infident petiolis, quorum tres simul aliis sustinentur brevioribus petiolis, hique semper oppositi sunt, & cum subsequenti pari crucem perfectam efformant, singulus autem major petiolus, uti dictum est, in tres alios minores divisus est, inque iis singulis tres Caryophylli, ita ut totus corymbus ad minimum novem sit ornatus fructibus, communiter autem quindecim & novendecim, & in majori racemo viginti unum vel viginti quinque inveniuntur Caryophylli, quum præter ordinarium numerum ternarium, alii solitarii ad latus excrescant fructus: Caryophylli summis infidentes ramulis, nec decerpenti, qui licet rari, arbori inhærent usque ad maturitatem, matricem vocati, ac delapsi sub arbore, terram attingentes, radículas agunt, novasque producunt arbusculas, in quibus filius Caryophyllus, seu ista mater duos supra terram elevata digitos apparet.

Arboris lignum est durum & grave, sed non elegantis coloris, cinereum enim habet cum luteo mixtum colore, inelegans, nec aptum operi scriniario; Radices profundissime ac rectissime deorsum in terram infiguntur, unde in juniorum arbuscularum transplantatione cavendum est, ne confringatur media ac major illa radix, quum nulla alias supersit spes progerminationis, nisi altior ac major sit arbor, quæ transplantatur, quum non ita noceat, licet major illa lædatur radix.

Parum discriminis est inter Caryophyllos hic in Amboina crescentes, quum omnes fere eandem habeant formam, plurimique rubescant, si fuerint maturi, qui autem accurate ad illos attendunt, tres observare possunt species, primo vulgaris parum rubet maturus, alter paulo minor est, ac sanguinei magis coloris, hincque Amboinensibus dicitur *Bugulawan Kiri*, ex rubro colore avis Loeri, Amboinensibus *Kiri dicti*, hincque plurimum invenitur in *Hitoe* ora prope pagum *Affaloelo*, uti quoque in rarioribus *Leytimora* locis, hujus speciei arbusculæ latius extensæ sunt, ac copiosiores dant Caryophyllos, quam vulgaris: Tertia species, quæ femina dicitur, albos gerit fructus, & parum rubentes, sunt autem majores reliquis, quales sunt, qui in *Larique* inveniuntur plaga, omnes vero hæc tres species, seu varietates æque bonæ & aromaticæ sunt, ultima autem aptissima est ad oleum exurendum. Quidam etiam inveniuntur Caryophylli quinque sexve apicibus ornati, hi autem pro diversâ specie non sunt habendi, quum inter reliquos crescant Caryophyllos, nec etiam obfata debet alicui, quod *Avicenna* lib. 2. cap. 311. Caryophyllum dividat in marem & feminam, vulgares vocans Caryophyllos feminas, crassosque matres, seu Anthophyllos vulgo dictos, ipsi fructus matres, quum irregularitate formæ, ac magnitudinis horum fructuum sine dubio deceptus fuerit, credens fructus duarum diversarum esse arborum, nec quisquam mirari debet, doctum hunc Arabicum scriptorem hallucinatum fuisse; nec melius versatum in cogni-

tu, dog nog onrype vrugten, regt tegens de natuur van andere boomen, want zoo dra men maar slegts hier en daar eenige rodigheid aan de Nagel, of het bloeizel geopent ziet, zoo zyn deze vrugten ryp en volwassene, tot 's menschen gebruik, maar niet voor de natuur, want de mensch zoekt anders niet als een half volmaakte vrugt, zoo alse tot de Specery bekwaam is, maar de natuur zoekt een volwassene vrugt, die tot de voortplanting dient:

Als nu de Nagelen rood geworden zyn, en het bloeizel afge worpen hebben, zoo vertoonen ze boven op een plat vierkantig hoofden, met een kringetje of cirkeltje, mitsgaders in het zelve een klein week spitsken, en als dan moet men ze met alle spoed inoogsten; want alse maar 2 a 3 weken langer staan, zoo begint het Nageltje een dikke buik te krygen, de vier boeken des hoofds trekken baar t'zaamen, het werd wederom groen, veel grooter als te vooren, een lit van een duim lang, ten laafsten donker-bruin, en krygt van binnen een harde korrel gelyk Baakelaren, en die hem met een bogtige linie in twee verdeelt, van verwe rookagtig-geel, ofte vaal als Amber, het welk het opregte Zaai van dezen Boom is, en werden daarom Moernagels genaamt, zy zyn als dan omkleed met een donker-bruin, of swartagtig vleis, in de dikte van een mes, 't welk zyn Speceryagtigheid meest verlooren heeft, en komt in s'maak de wilde Jamboesen naast, (met welken Boom als mede met nog een andere, *Caju-mera* genaamt, onzen gemelden Nagelboom groote gemeenschap heeft) welk vleis men ook raauw eeten kan.

De Nagelen staan op korte steeltjes, welker driet'zamen op een ander steeltje gevoegt zyn, ende deze staan altyd tegens malkander, met het naastvolgende paar een volkomen kruis makende, yder hoofsteeltje verdeeld zynde, als gezegt, in drie andere, en daer op drie Nageltjes, zoo dat de geheele kroon moet hebben ten minsten negen en elf Bessen ofte Nagelen, maar gemeenelyk vyftien en negentien, en in een groot moesson eenentwintig en vyfentwintig Nageltjes, om datter dan nog boven het ordinair driet'eenige enkele Bessen ter zyden uitwassen: De Nageltjes, die aan de bovenste takjes staan, en niet geplukt kunnen werden (die maar weinig zyn) blyven aan den Boom hangen, en werden tot voorschreeven Moernagelen, welke ryp geworden zynde afvallen, en onder den Boom, zoo dra ze de aarderaken, wortelkens schieten, en nieuwe boompjes voortbrengen, daar aan men het gespleetene Moernageltje nog wel twee vingers boven de aarde verheven zien kan.

Het hout is wel hart en swaar, dog van geen mooye kleur, grauwagtig met geel gemengt, ongesien en oncierlyk tot Schrynwerven, de wortelen zyn zeer diepende regt nederwaarts gaande in de aarde, en daarom moet men in 't verplanten van de Jonge Boompjes dezelve zeer wagen, want zoo men de regte hoofd- of bart-wortel breekt, is 'er geen hoop dat het Boompje opkomen zal, of ze moeten redelyk hoog zyn, als men ze verplant, wanneer het op de onderste spitze bart-wortel niet aankomt.

Daar is weinig onderscheid tusschen de Nagelen hier in Amboina wassende, want zy hebben schier alle eenderlei gedaante, en werden meest alle rood, alse ryp worden, dog die 'er naauw opletten, kunnen drie soorten uitvinden, eerst de gemene, die werd een weinig rood in 't rypen, de tweede is wat kleinder, maar werd bloed-rood, en beeten daarom by de Amboneesen *Bugulawan Kiri*, na de roode verwe van den vogel Loeri, op Ambons *Kiri* genaamt, deze vallen meest op de Kust van *Hitoe* by het Dorp *Affaloelo*, als mede op eenige weinige plaatsen van *Leytimor*, de Boompjes van deze zoorte zyn breeder uitgebreid, en dragen meer Nagelen als de gemene: Het derde geslacht, 't welk men 't wyfken noemt, blyft wit, en werd maar een weinig rood, dog de vrugt is grooter als de andere: Diergelyken zyn die van *Larique*, en zyn alle deze drie soorten even goed, en Speceryagtig, dog de laatste bekwaamst om olie daar uit te branden; men heeft ook eenige Nagelen van vyf of zes spitzen of boeken, dog die moet men voor geen byzondere zoorte houden, want zy groeien onder andere Nagelen, ook en moet men zich daar aan niet stooten, dat *Avicenna*, lib. 2. cap. 311. het Caryophyllum verdeelt in manneken en wyfken, noemende de gemene Nagels wyfken, en de dikke Moernagels mannekens vrugten; nadien hy, door de ongelykheid van gedaante, en grootte dezer Bessen, buiten twyffel bewoogen is geweest te geloven, dat het vrugten van twee diversche Boomen waren, en het welk niemand moet wonder geven, te weten, dat dien geleerden Arabier in de kennis dezer vrugten geabuseert is geweest; want, alhoewel deze Speceryen al

by

cognitione horum fructuum; licet enim aromata hæc ante octo circiter secula in nostrum deducta fuerint mundum, nostris tamen temporibus multæ falsæ narrationes, atque errores de Caryophyllis disperguntur, ac creduntur, immo ab iis, qui Societatis negotiis aliquamdiu hisce in regionibus functi fuerunt, quique pro certo narrare nec dicere possent, quinam veri ac genuini Caryophylli arboris sint fructus, quando, & ubinam ejus flores progerminant: Duæ insuper aliæ Caryophylli arboris sunt species, quarum una potissimum habenda est tamquam abortus, seu naturæ lusus, non autem diversa species, quæ postea sub nomine Caryophylli regii describitur: Altera autem Silvestre est Caryophyllum, a vero plurimum differens, utraque in subsequentiis delineabimus capitibus.

Nomen. Hodierni Græci & Latini fructum hunc Caryophyllum vocaverunt; a Carolo Clusio lib. 1. Exotic. cap. 16. Caryophyllus dicitur, quod melius arbori convenit, uti Malus de arbore dicitur, Malum autem de fructu, rite autem distinguendus est a Caryophyllo a Plinio descripto lib. 12. cap. 7. qui longè alius est fructus, & ex Scaligeri sententia exercit. 146. Cubebe hodie dicta putatur: e contra Caryophylli Plinii temporibus Occidentali mundi parti nondum innotuerunt: Medicus Græcus Paulus Aegineta primus horum facit mentionem, qui Caryophyllon vocat, & septimo suo libro ita de hoc scribit: Caryophyllon (tanquam diceretur Nucis folium) neutiquam substantiam habet, quæ per nomen denotatur, sed flores sunt lignosi & nigri, arboris cujusdam ex India delati, digiti circiter (transversalis nempe) longitudinem habentes, jucunde spirantes, acres, parum amari, calidi, & sicci usque in tertium fere gradum, qui multum habent usum æque in cibo ac medicamentis: Caryophyllon nomen sine dubio derivavit ab antiquo Arabico nomine Karumpfel, vel uti Garcias putat lib. 1. arom. cap. 21. Calafur & Caraful, quibus nominibus in hunc usque diem apud Persas, Arabes, & Turcas nominantur, atque innotescunt.

A Caryophyllo reliquæ depravatæ Europææ denominationes suam habent ortum, uti apud Italos Giroffeli, apud Belgas Giroffelen &c. Portugalli illos vocant Cravos h. e. clavos seu ungues, uti Belgico idiomate Nagelen nunc quoque dicimus, atque hoc non inproprie ex eorum forma, quum parvum referant clavum, si supremum capitulum fuerit prolapsum: sic quoque Chineses illos vocant Thengbio h. e. clavos odoriferos. Hodiernum nomen Malaicense est Tsjancke & Tsjencke, quod Portugalli scribunt Chamka & Chamque, quod nomen tamen Javanicum est, ac forte ab isto Sinensi Thengbio derivatum. Antiquæ autem Malaicenses denominationes sunt Bugulawan & Bongulawan: In Amboina hæcenus vocantur Bubulawan & Bugulawan: In Ternata Bobolawa & Boalawa: In Tidora Gomode. Maturi Caryophylli, matres dicti, Latinis (incertum quanam ex causa) Anthophylli, & Belgice Antoffelen dicuntur, plurimum vero Moernagelen: Malaicenses hos vocant Polong & Ibu Tjenke: Quæ Malaicenses & Amboinenses denominationes, uti quoque istud Carafful, & Bonga Lawan mihi indicant, veteres credidisse, fructum hunc esse florem arborum: In omnibus enim istis Indicis vocabulis floris significatio invenienda est, nec mirum est, veteres tam parum hocce cognovisse, quum Javani ac Sinenses hos tantum fructus incolis septentrionales mundi partes inhabitantibus vendebant, nec ullum admittebant in ignotis insulis Archipelagi hujus Orientalis, aliis persuadentes fructus esse in sua tantum patria crescentes, uti & primis Portugallicis & Belgicis navigatoribus hoc quoque persuaserunt: Capitula supremam Caryophyllorum partem occupantia a mercatoribus Cabelletten & Gapalletten vocantur, ac festucæ, quibus Caryophylli insident, Fusti, Fjusti, & Fustons, Portugallis Baston, quæ aromate proxime Caryophyllis accedunt; Prima Caryophyllorum germina, seu Alabastri Malaicensibus Gagang dicuntur, quo nomine festucas istas quoque denotant.

Locus. Nobilis hic fructus primis temporibus sedem suam fixerat in insulis tantum Moluccis, ac præcipue in Mackian, quæ jure Caryophyllorum generatrix habetur, & locus est sub ardente æquatore, & aliis extremis Orientalis Oceani plagis situs, cujus nomen vix vicinis populis notum erat, ita ut fama nobilis hujus

Tom. II.

fruc-

by de agt honderd Jaaren geleden, in onze weereld gebragt zyn, zoo ziet men nog beeden by onze tyden, datter veel misverstanden en onwaarheden van de Giroffeli-Nagelen verbaald en geloofd werden, ja zelfs by die geene, die's Edeles Compagnies Factoryen al lange in deze Landen waargenomen hebben, doch die evenwel niet zekerlyk zouden kunnen verhalen, welke de regte en eigentlyke vrugt des Nagelbooms zy, wanneer, en waar het bloeizel voortkomt: Daar zyn nogtans twee andere geslagten van den Nagelboom, waar van het eene meest te bouden zy voor een misgewas, en uitporigheid, dan een ordinairische zoorte, dewelke hier na onder den naam van KONINGS-NAGELEN beschreven zal worden: Het ander is de WILDE NAGEL, van de opregte zeer veel verschillende, en welke wy mede in de volgende Kapittelen beschryven zullen.

Namen. De bedendaagsche Grieken en Latynen hebben deze Vrugt Caryophyllum genoot, Carol. Clusius, lib. 1. Exotic. cap. 16. noemtze Caryophyllus, 't welk beter op den Boom past, gelyk men zegt Malus van den Boom, en Malum van de vrugt, doch men moetze wel onderscheiden van het Caryophyllum door Plinius lib. 12. cap. 7. beschreeven, 't welk een gants andere vrugt is, en na Scaligers meininge, Exercit. 146. de bedendaagsche Cubebe: Daarentegen de Nagelen zyn in Plinius tyden de Westere wereld noch onbekend geweest: Den Grieksen Arts, Paulus Aegineta, maakt het eerste gewag daar van, dieze Caryophyllon noemt, en in zyn 7. Boek aldus daar van schryft: Caryophyllon (als of men zeide Noote-blad) heeft geenzins de substantie, die het met zyn naam vertoont, maar het zyn stokagtige en swarte bloemen, van een boom uit India gebragt, in de lengte bykans van een vinger, (over dwars genomen) welriekent, scherp, een weinig bitter, beet en droog, schier tot in den derden graad, dewelke veeldelei gebruik hebben, zoo in de kost als medicamenten: Het woort Caryophyllon heeft by buiten twyffel gefatsoeneert uit de oude Arabische namen Karumpfel, of, gelyk Garcias wil, lib. 1. Arom. cap. 21. Calafur en Caraful, met welke namen zy noch by de Persen, Arabiers, en Turken bekend zyn.

Van Caryophyllum zyn de andere verdorve Europische namen gekomen, als by de Italianen Giroffeli, by de Nederlanders Giroffelen &c., de Portugeesen noemenze Cravos, dat is spykers ofte nagelen, gelyk wy ze in 't duits mede noemen, en dat niet onbillyk van baare gedaante, dewelke wel na een klein spykerige gelykt, als het bovenste bolleken daar afgevallen is: Insgelyks noemenze de Chinesen Thenghio, dat is welriekende Nagels: De bedendaagsche Maleitsche naam is Tsjancke, en Tsjencke, 't welk de Portugeesen schryven Chamka en Chamque, zynde egter een Javaansche naam, en misschien van 't voorschreven Sineese Thenghio afkomstig: Want de oude Maleitsche namen zyn Bugulawan, en Bongulawan: In Amboina heeten zy noch Buhulawan, en Bugulawan: In Ternuten Boholawa, en Boalawa: In Tidore Gomode: De Moernagels werden by de Latynen, (onzeeker uit wat oorzaak) Anthophylli, in 't duits Antoffelen, maar meest Moernagelen genaamt, de Maleyers betenze Polong, en Ibu Tjenke: welke Maleitsche en Amboinsche namen, als mede het bovenstaande Carafful, en Bonga Lawan, my doen gissen, dat de ouden geloofd hebben, deze vrugt te zyn bloemen van boomen: Want meest in alle de bovenstaande Indiaansche namen kan men de beteekeninge van een bloeme vinden, en het is geen wonder, dat de ouden zoo kleine kennisse daar van gehad hebben, vermits de Javanen en Sineesen deze vrugten alleen aan de Inwoonders der westerlyke deelen des werelts verhandelden, en lieten niemand koomen in de onbekende Eilanden van dezen Oosterfchen Archipelagus, haar wysmakende, dat het vrugten waren in haar land groeyende, gelykfe noch aan die van de eerste Portugeese en Nederlandsche Scheepvaarders gedaan hebben: De knoppen, die boven op de Nagels zitten, worden van de Koophieden Cabelletten, en Gapalletten genaamt, en de Steelen, daar de Nagelkens opstaan, Fusti, Fjusti, en Fustons, by de Portugeesen Baston, dewelke in Speceryagtigheid de Nagelen naast komen: De eerste uitpruitzelen en knopjens der Nagelen worden by de Malleyers Gagang genaamt, met welken naam zy ook de voorschreven steeltjes beduiden.

Plaatzten. Deze Edele vrugt had in voorige tyden haar eenige standplaats in de Moluxe Eilanden, principalyk op Mackian, 't welk met regt voor de moeder van de Nagelen gehouden wert, een plaats onder de brandende bitte des evenaars, en aan de uiterste deelen des Oosterfchen Oceaans gelegen, wiens naam ter naaywer nood ook aan

A 2

de

fructus in Europa utrosque Castiliæ & Portugalliæ reges commoverit, ut classibus suis incognitas hæc insulas, tamquam alteram *Colchidem*, investigarent, quique illos in ulteriorem adduxerunt nobis cognitionem, illi autem lascivia ac superbia gubernatorum suorum in incolarum odium prolapsi, ex possessione harum insularum detrufi fuerunt. Paulo ante Portugalorum adventum incolæ parvæ *Ceramæ*, *Hocamobel* dictæ, Anthophyllos ex Mackian clam subduxerunt, inque sua regione terræ commiserunt, ubi læte progerminarunt, & copiose propagantur. Hunc autem honorem sibi tribuunt *Combellenfes*, quem in finem in montibus suis circa pagos *Maffili* & *Nouhatoe* binas tresve ostenderunt vetustissimas Caryophyllorum arbores, usque ad Belgarum imperium ibi observatas, quas matres reliquarum Amboinensium Caryophyllorum arborum habent, ex quibus singulis bona fruge totum *Babâar*, seu quingenta Hollandica pondera fructuum, immo sæpe plura decerpunt; brevi post *Hitoensfes* simili illos acquisiverunt modo, suaque in regione plantarunt: *Leytimora*, seu parva Amboina, & insulæ *Uliassenses* nullos prodixerunt Caryophyllos usque ad Belgarum adventum, quorum cura ibi primum plantatæ fuerunt hæc arbores, exceptis *Nussavivensibus*, qui jam Portugalorum tempore quosdam Caryophyllos ab *Hitoensibus* acceperant per magnam familiaritatem, quam cum illis in *Ternata* exercebant: In insula *Honimoa* gloriantur *Tiouwenfes* & *Paperöensfes* primos sese fuisse Caryophyllorum plantatores; sed hoc sine dubio haud diu ante Belgarum adventum erit peractum, quum ex Portugalorum scriptis appareat, nullas *Uliassenses* insulas ullos produxisse Caryophyllos: Hodie autem, quum primum variis cladibus ac bellis, dein vero certis patetis, & cum incolis statutis conditionibus in insulis *Moluccis* vastatæ sunt Caryophyllorum arbores, & extirpatæ, nunc solummodo in Amboinæ provincia inveniuntur, non autem in omnibus ejus plagis, sed plurimum in Amboina proprie dicta, ac tribus minoribus vicinis peninsulis *Oma* nempe, *Honimoa*, & *Nussalaut*. In aliis enim adjacentibus locis ob continuam incolarum rebellionem omnes evulsæ fuerunt. Non magnas amant insulas, uti *Gelolo*, *Ceramam*, *Bouronem*, & *Celebem*, quæque in *Boero* crescebant, non ultra semi milliæ a litore remotæ erant, quæ enim profundius in frigidioribus montibus crescant arbores, fructus non læte producant, similiter non nimis littori vicinæ locentur, ne aër marinus illas perdat, vel exurat.

A Javanis & Macasserensibus arbusculæ quædam simul cum terra, ut & Anthophylli, transvectæ fuerunt, quæ læte satis excreverunt, & justam acquisiverunt altitudinem, sed fructus producere ibi recusarunt: Unde apparet, quod summus rerum arbiter sapienter singulæ regioni suas collocaverit divitias, Caryophyllosque in *Moluccensium* regno constituerit, extra quod nulla humana industria propagari, vel perfecte coli possunt; comprehendimus autem sub *Moluccensi* imperio insulas quoque *Boero* & *Xulas*, quæ antea sub *Ternatenfi* ditione fuerunt, atque partim adhuc ipsi subiectæ sunt.

Claudius Salmastius in *Homonymis* post *Solinum* cap. 95. annotavit, *Avicennam* primum fuisse, qui indicavit Caryophyllos apud *Sinæ* populos, h. e. *Sinenses* crescere, quod ita intelligendum est: *Sinenses* mercatores antiquis temporibus *Moluccas* frequentarunt, indeque Caryophyllos in suam reduxerunt patriam, qui tum in *Moluccis* in nullo erant pretio, hos iterum aliis peregrinis vendiderunt, vel ad illos transmiserunt, illisque persuaserunt, fructus esse in patria sua provenientes & crescentes. Simulque addo, *Sinenses* forte tum temporis hæc fructibus nomen *Tenghio* imposuisse, unde *Malaicenses* & *Moluccenses* suum *Tjenke* deflexerunt, vera enim nomina indigena sunt *Boa Lawan*, *Boengoe Lawan*, & *Bugu Lawan* h. e. fructus, seu flos clavum referens.

Idem *Salmastius* putat meliore jure Caryophyllos aromaticos Anthophyllos vocandos esse, cum decerpantur, quum floreat, & Caryophyllos matres, seu Anthophyllos Caryophyllos dicendos esse, dum revera nucem referant minorem, & intus unicum gerant nucleum, instar *Olivæ* officuli, sed tempore nomina hæc sunt commixta, & permutata: Idem quoque auctor putat, *Caryophyllum* *Plinii* idem cum nostris esse

Ca-

de naburige volkeren bekend was, zo dat het gerugte van die Edele vrugt in Europa de beide Koningen van Castiliën en PORTUGAAL met baare vlooten, elk om 't zeerst, deze verborgen Eilanden, als een tweede Colchis, dede opzoeken, en dewelke ons dezelve in naarder kennis gebragt hebben, en zy lieden daarentegen zyn door baldadigheid, en boogmoed van baar garnisoenbouders in den baat der Inlanders gekomen, en ook uit het bezit dier Landen gestooten: Kort voor de aankomst der Portugeesen hebben de Inlanders van klein *Ceram*, genaamt *Hocamohel*, de *Moernagels* van *Mackian* heimelyk ontvoert, en die op baar land geplant, alwaar se zeer weeldrig vermenigvuldigden: Deze eer schryven baar die van *Combello* toe, tot welk bewys zy lieden in baar gebergte, by de *Negorytjes* *Maffili*, en *Nouhatoe*, getoont hebben, tot diep in de tyden van de Nederlandfche regeering, twee a drie groote en zeer oude Boomen, die se voor de moeder van alle de *Ambonische* Nagelboomen wilden gehouden hebben, en waar van zy in een groot mousson van yder Boom een Bahaar of 550. Hollandfche ponden, en zomtyds meer, hebben afgeplukt, kort hier na hebben se de *Hitoeefen* mede op diergeliken manier bekomen, en in baar Land geplant: *Leytimor* (ofte klein *Ambon*) en de *Uliassersche* Eilanden hebben geen Nagelen gebad tot de komste der Hollanders toe, door welkers last zy daar eerst geplant zyn, behalven die van *Nussavive*, dewelke al in de Portugeesen tyd eenige Nagelen van de *Hitoeefen* bekomen hebben door de groote gemeenschap, die ze met dezelve in *Ternaten*ielden; op het Eiland *Honimoa* roemen baar die van *Tiouw* en *Paperoe*, datze de eerste Nagelplanters geweest zyn, maar dit zal buiten twyffel niet lange voor der Nederlanders aankomst geweest zyn, vermits uit der Portugeese schriften genoegzaam blykt, dat gene van de *Uliassersche* Eilanden in baar tyd Nagelen gebad hebben: Hedensdaags, na datze door verscheiden ongevallen en oorloogen, doch meest door contracten met de Inwoonders aangegaan, in de *Molukks* uitgeroeid zyn, werden se nu alleenig gevonden in de Provincie *Amboina*, en dat noch niet in alle gedeelten daar van, maar meest op het *Eigentlyke Amboina*, en de drie kleine daar aangelegene Eilandkens, *Oma*, *Honimoa*, en *Nussalaut*: Want op andere naburige plaatsen zynze, wegens de gedurige rebellie der Inwoonders, alle gaar uitgeroeit. Zy wassen niet gaarne op groote Eilanden, als *Gelolo*, *Ceram*, *Bouro*, en *Celebes*, die op *Boero* wassen, stonden niet boven een halve myl van strant, want die diep in 't koude gebergte staan, willen niet wel dragen: Insgelyks moeten se ook niet te dicht op strant staan, op datze de zee-lugt niet bederve, of verbrande.

Door de Javanen en Makassaren zyn ook wel eenige Boompjes, en *Moernagels* na baar land met de aarde vervoert, die ook groot geworden zyn, maar zy hebben aldaar gene vrugten willen dragen: Blykende dierhalven, dat God den Heer, zeer wysselyk aan yder Land zyn rykdom gevende, de Nagelen binnen den omkring van het *Moluxe* gebied beslooten heeft, waar uit zy door geen menschelyke naarsigtheid te brengen zyn, wy verstaan onder het *Moluxe* gebied mede de Eilanden *Boero*, en *Xulas*, dewelke voor dezen onder de Kroon van *Ternaaten* gestaan hebben, en ten deele noch staan.

Claudius Salmastius in zyne *Homonymis* agter *Solinus* gesteld, Cap. 95. heeft aangemerkt, dat *Avicenna* den eersten geweest zy, die gezegt heeft, dat de Nagelen by de volkeren *Sinæ*, dat is, *Sineesen* groeyen, 't welk men aldus verstaan moet. De *Sineese* Koopluiden hebben in oude tyden de *Molukks* gefrequentieert, en van daar de Nagelen naar baar Land gevoerd, dewelke doen in de *Molukks* noch in geen agting waren, dezelve hebben se dan wederom of aan de vrende verkogt, of dezelve toegevoerd, en wysgemaakt, dat het vruchten waren in baar Land groeyende. Ik doe daar by, dat misfschien de *Sineesen* doenmaals aan deze vrugten den naam van *Tenghio* gegeven hebben, waar van de *Maleyers*, en *Molukkanen* baar *Tjenke* gemaakt hebben, want de regte Inlandfche naamen zyn *Boa Lawan*, *Boengoe Lawan*, en *Bugu Lawan*, dat is een vrugt, of bloem, die naar een spyker gelykt.

Dezelve *Salmastius* meent, dat men met beter reden de *Specery-Nagelen* behoorde Anthophylla te noemen, dewylse geplukt werden, alse noch in 't bloeyen staan, en de *Moernagelen* Caryophylla, dewylse in der daad naar een *Nootken* gelyken, en van binnen een korrel, als een *Olyfsteen* hebben, doch metter tyd zyn deze benamingen verwisselt, waarmede ik my conformere. Noch sustineert by, dat *CARYOPHYLLUM* *PLINII* een en bet zelfde zy met onze Nagelen, doch



Caryophyllis, Plinius vero Cabelettas pro vero habuisse fructu, quæ re vera Piperis granum referunt, ipsosque Caryophyllos pro festucis habuisse, uti & Plinius alio in loco Corallia rubra, quæ filo trajiciuntur amenti gratia, pro Corallii arboris fructibus habuit, prætereaque Caryophyllo suo jucundum tribuit odorem; Caryophylli itaque longe ante Paulum Æginetam occidentalibus populis jam innotuissent, quod difficultatem includit, dum apud nullum antiquiorem alium Auctorem horum fiat mentio.

EXPLICATIO

Tabula Prima.

Exhibentis ramum Caryophylli floribus ac fructibus onustum; Malaicensibus Tsjenke dicti.

- A. Gagang, seu prima Caryophyllorum rudimenta.
- B. Caryophylli completi.
- C. Caryophylli florentes.
- D. Caryophylli matricæ, seu Anthophylli.
- E. Internum Caryophyllorum matricum officulum.
- F. Eruca, quæ quibusdam annis ipsam Caryophyllorum arbo-rem perforat.
- G. Oblongus vermis, qui ramos, ac foliorum raches per longitudinem a b depascit.

OBSERVATIO.

CARYOPHYLLUM a variis denominatum est, sed a nullis descriptum auctoribus, quale à nostro Rumphio. Denominatur autem a Pluknet in *Almag. pag. 88.* CARYOPHYLLUS AROMATICUS Indiæ Orientalis, fructu clavato Monopyreno. & in *Phytogr. Tab. 155. Fig. 1.* exhibitur. à *Casp. Baub. in Pinace p. 410.* CARYOPHYLLUS AROMATICUS fructu oblongo, & a Breyn. *Prodr. 2. pag. 49.* alterius Editionis. Tournef. *Inst. p. 661.* à Dalechampsio in *Histor. Lugd. pag. 1759.* CARYOPHYLLI AROMATICI, & a *Joh. Baub. part. 1. pag. 423.* CARYOPHYLLI INDICI. a Clusio in *Exot. p. 16.* & *Acoft. p. 267.* à Pifone in *Mantissa arom. p. 177.* Tschinka. Vide porro *Hortum Cliffort. p. 207.* & *Samuel Dale Pharmac. p. 323.* qui varia insuper exhibet Synonyma, ac virtutes Medicas. Ut & *Weinmann. Phytanthoz. p. 62. Tab. 324. litt. a.* & *Rumphii Observat. 21. p. 50. dec. 2. ann. 1. Naturæ Curios. de Caryophyllis, ut & Valent. Musæum Musæor. Libr. 2. Sect. V. Cap. VII. p. 449. Tab. 2. ac Fr. Valentyn, Amboinae descript. p. 144. No. XXXI. & Blackwell. Herbal. Tab. 338.*

CAPUT SECUNDUM.

Cultura, Messis, & Virtutes Caryophyllorum.

Um, uti dictum est, Caryophylli in Amboinam aliis ex locis fuerunt translati, hinc majori cura hic sunt colendi, & tractandi, quam in naturali ipforum patria Mackian &c. ubi clima sponte illos producit, atque sine ullo hi labore progernant: E contra hic in Amboina ab incolis diligenter excolendi sunt, atque ubi desiderantur, etiam plantandi: Arbusculæ autem juniores umbram aliarum arborum, sed non opacam amant, adultiores autem si fuerint, reliquæ Silvestres arbores sunt extirpandæ, ut fertiliores sint, atque ab una alterave parte frugifera tantum relinquenda arbor est, ita ut silva ex Caryophyllis arboribus confita sit jucundi adpectus, ambulationibusque apta, quum nullæ silvestres, vel majores plantæ ibi relinquuntur, quæ caussa quibusdam incognita quum fuerit scriptoribus, hi putarunt, & indicaverunt, Caryophyllos tam calidæ esse naturæ, ut nullæ sub hac arbore crescere possent herbæ, quod autem potissimum continuo hominum labore impeditur: Si enim Caryophyllorum arbores non depurentur, silvestres herbæ adeo arcte & copiose ipsis accrescunt, ut pereant, vel silvestrem induant naturam. Immo Caryophylla non ita arcte locanda sunt, ut sese invicem tangant, tales enim arbores instar Laricum altissimè crescunt, nec multos dant fructus; Compertum quoque fuit, Caryophyllum læte crescere inter

doch dat Plinius de Cabelettas voor de regte vrugt heeft aangezien, de welke in der daat een Peper-korrel gelyken, en de Nagelen voor de steelen, gelyk by op een ander plaats de roode Coraalen, die men aan de snoeren rygt, voor de vrugten van den Coraal-boom aangezien heeft, en daar en boven zyn Caryophyllum een goeden reuk toefchryft. Dies zouden de Nagelen al lang voor Paulus Ægineta aan de Wester werelt bekend zyn geweest, 't welk zyn zwaarigheyt heeft, dewyl men by geen ouder Authenten gewag daar van vint.

AANWYSINGE

Van de Eerste Plaat,

Verbeeldende een tak van den Nagelboom met zyn bloem en vrugten, by de Maleysers Tsjenke genaamt.

- A. Gagang, of de eerste Schepselen der Nagelen.
- B. De volwasse Nagelen.
- C. Bloeiende Nagelen.
- D. De Moernagelen.
- E. De Binnenste korrel van de Moernagelen.
- F. Een Rups, die op sommige jaaren den Nagelboom doorbyt.
- G. Een langwerpige Worm, die de takken, en ryskens in de lengte a b doorknaagt.

AANMERKINGE.

DE NAGELBOOM is van verscheide Schryvers benaamt; dog van niemand zoo wel beschreven, als van onzen Rumphius; van Pluknet in zyn *Almag. pag. 88.* wert ze genaamt CARYOPHYLLUS AROMATICUS Indiæ Orientalis, fructu clavato Monopyreno, en in zyn *Phytogr. Tab. 155. Fig. 1.* verbeeldt. van *Casp. Baub. in zyn Pinax p. 410.* wert ze CARYOPHYLLUS AROMATICUS fructu oblongo genaamt; en van Breyn, in zyn *Prodr. Secund. pag. 49.* van de tweede Druk; en CARYOPHYLLI AROMATICI van Dalechamps in zyn *Histor. Lugd. pag. 1759.* van *J. Baub. Histor. eerste deel. pag. 423.* CARYOPHYLLI INDICI. Van *Clus. Exot. p. 16.* en *Acoft. van Clus. p. 267.* van Pifone in zyn *Mantissa arom. p. 177.* Tschinka. Zie verders de *Hortus Cliffort. p. 207.* en *Samuel Dale in zyn Pharmacol. p. 323.* die nog verscheide benamingen, en der zelve krachten opgeeft. Als mede *Weinmann in de veelvuldige benaming, en Beschryving der planten pag. 76. Tab. 324. litt. a.* en *Rumphii Observat. 21. p. 50. dec. 2. ann. 1.* de Caryophyllis; als mede *Valentin. Musæum Musæor. Libr. 2. Sect. V. Cap. VII. p. 440. Tab. 2.* en *Fr. Valentyn Beschryving van Amboina. p. 144. No. 31.* en *Blackwell Herbal. Tab. 338.*

II. HOOFDSTUK.

Aanqueking, Oegst, en krachten van de Nagelen.

Dewyl, als gezegt is, de Nagelen in Amboina van elders overgebracht zyn, zoo moet men ze aldaar met wat meerder moeyte havenen, dan in haar natuurlijk Vaderlandt Mackian &c. daar ze dien Landaart van zelve liet opwassen, zonder eenige moeyte daar aan te doen: daar en tegen hier in Amboina moeten ze door de Inlanders zorgvuldiglyk waargenomen, en daar men ze hebben wil, aangeplant worden: de jonge boompjes willen wel onder de schaduw van eenig dungeboomte staan, maar groot geworden zynde, moet men al het wilde geboomte daar tusschen uytroeyen, op dat ze te vrugthaarder werden, latende slegts hier en daar een vrugboom staan, zoo dat een regt Nagelbos zeer playzierig is om aan te zien, en gemakkelyk te doorwandelen, vermits men geen groote ruygte daar onder laat opkomen, welke oorzaak eenige Schryvers onbekent zynde, hebben zy gezeekt en voorgegeven, dat de Nagelen van een beeten natuur waaren, datter gants geen groente onder dien boom wasschen konde, doch 't welk veel meer door jaarlykzen arbeid der menschen geschie: want indien men de Nagelboomen niet zuivert en havent, dan groeid de wilde ruigte zoo digt daar tegen op, dat ze verstoffen en verwilden: Ja zelfs mogen de Nagelen niet zoo digt staan, dat ze malkanderen raaken, want dezulke schie:ten zoo hoog op als Sparren, en draagen niet wel: men heeft ook ervaren, dat den Nagelboom zeer wel staan wil tusschen andere